



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

126. An in secundo gradu sit dispensandum solum intermagnos Principes,
& pro causa publica? Et an Summus Pontifex in omnibus gradibus
consanguinitatis lineæ transversæ, excepto primo gradu; ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

De Dispensationibus Res.CXXVI.&c. 253

quae ueritatis dispensatio sit valida?
Item qd si alio defecit notabilis feminam patiuam, pro
genitum innuptam maneat si ita non impetrat dispensationem talam cum pradieta narrativa. Ex p. 10.
m.11. & Milc. 1. Ref. 42.

dispensatio in certo consanguinitatis gradu, restri-
gitur, causa vitandi scandali, ad casum, quo utique
contrahens a quæ distat a stipite: ergo à contracio-
nenu, si non esset scandalum, ex dispensatio ampli-
anda esset. Nam respondet Sanchez ex eo textu non
colligi, dispensationem in causa matrimoniali, esse
ampliandam, sed tantum potestam dispensandi,
quod verum est.

2. His tamen non obstantibus, Merolla tom. 1.
disput. 4. c. 6. dub. 1. n. 28. contrariam sententiam te-
net, quia ratio Sanchez parum vrget: nam dici po-
test, dispensationem in causa matrimoniali censem-
dam esse fauorabilem; quia reducit ad ius naturæ,
quod est fauorabile. Vnde, licet dispensatio in im-
pedimentis matrimonii sit contra ius commune
Ecclesie, sicut nihilominus, quia hoc ius Ecclesiasticum
est odiosum, cum exorbitet à iure naturæ,
quo spectato, validum esset matrimonium, v.g. in
ter consanguineos in linea transuersali, saltem ex-
cepto primo gradu, per consequens huiusmodi
dispensatio erit fauorabilis, quia per eam fit redi-
tus ad ius naturæ, quod est fauorabile.

RESOL. CXXVI.

An in secundo gradu sit dispensandum solum inter
magno Principes, & pro causa publica?
Et an Summus Pontifex in omnibus gradibus con-
tinuitatis linea transuersa, exceptio primo gradu dis-
pense posset, ac prouide soleat? Ex part. 8. tr. 3.
Ref. 92.

5. 1. R E sposio huius debij, pendet ex intelli-
gentia & explicatione Concilij Trident. sup. hoc si
seff. 24 de matrim. cap. 5 & ideo, quia casus est quo
magno. Et ita prater Sanchez de Marim lib. 8. diff. 19.
num. 29, hanc sententiam tenet Leandrus, de Sacram.
tom. 2. tract. 9. dif. 24. queft. 52. cui addit nouissime
Maritum de San Joseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1.
tradic. 40. de Maritim. num. 4. vbi sic ait De que se colo-
ge que se alegó por causa, que no haziendose aquell
casamento se quedara la mujer sin casar por la falta
de dote, si fué falso el dezir, que no tenia dote, pero era
verdad, que se quedaria por casar, o por ser mayor
de edad, o por que tiene hijos de otro Matrimonio,
o porque la calligaron por algun crimen, o por se sea;
no era inaudita la Dispensacion, porque basta, que
sea verdad, que se quedara por casar por qualquier
de las causas, aunque fuese falso el dezir, que no te-
nia dote. Ita ille. Et ad rationem in contrarium, re-
te respondet Leandrus, Pontificem feliciter non
monet ad dispensandum ob defectum dotes, tan-
quam ob causam finalē & motiuam, cum solū
causa motiuam, ne feminam innuptam maneat, &
proper hanc concedit Dispensationem: quare de-
ficiens dotes expressus in petitione soūm efficit, vt
Pontifex credat talem feminam innuptam perma-
nere, nisi cum illa dispense.

RESOL. CXXV.

An dispensatio in causa matrimoniali sit late, vel stri-
cte interpretanda? Ex part. 8. tract. 3. Ref.
fol. 33.

5. 1. E ste stricte interpretandam, dicit Sanchez
de matrimonio, lib. 8. diff. 1. num. 30. Gurtier-
rez in questi. canonico, lib. 2. cap. 15. num. 127. & alii pe-
tros ipsos. Quatenus iure probatur dispensationem
in causa matrimoniali esse fauorabilem, & ita ex-
tentandam. Nec obstat quod dilectio, de consang. vbi
Tom. III.

3. Fraciscus Zipponius in Anal. Iur. Pont. lib. 4.
X. cit.

Tractatus Secundus

de eo qui cognitio nunc. In secundo gradu vera Concilium, nisi ob publicam causam, & inter magnos Principes; in aliis requirit Concilium causam tantum, non iudicis publica. De primo gradu mentionem non facit, presupponens nunquam in ea dispensandum prout Pius V. declarauit. Et si sua intentio sis; et tamen Iepius id factum sit etiam inter priuatos, credere licet, importunitate periculum; quod ea deformitas & a legi exorbitantia penaliter auro castigatur. Quae lex etiam naturae ignobilis claret: vñque adeo, ut quamvis Claudio Imperator quo amorisuo & Agrippina obsequenter a Senatu decretum imperasit, quo iuste inter priuatos fratribusque filias nuptiae statuebuntur, prater eum tamen non est reportus nisi vniuersitatis matrimonij cupitor. Tallidius Senerus, inquit Tacitus lib. 2. Annal. Sed & hic tamen secundus gradus est, si iurius computatio stat, priamus, & secundus, si iuxta Bullam Pij, que propinquiorum vult exprimi.

4. Magni porro Principes in d.c. 5. intelligendi sunt, vt Gutierrez tract. de Matrim. cap. 28.n. 4. qui post Sanchez estimat dominos, solum titulares & quales esse debent, ut voluit Suarez, praesertim cum etiam saepe dispense Papa cum simplicibus nobilibus, & qui infra eos sunt. Neque tamen de valore talis dispensacionis dubitandum. Gutierrez ibidem, quamvis specialis derogatio Concil. Tridentin. non soleat inferri litteris. Hucusque Zypurus.

5. Ochagavia de Sacram. tract. 4. de Matrim. dispens. quest. 6 num. 6. Suppono, quod licet in Tridentino *sest. 24. de Matrim. cap. 5.* statuat ne in secundo gradu dispenseat, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. At cum tale decretum solum decernat id, quo melius est, & non adstringat Pontificem, quotidiana experientia demonstrat, solere Pontificem cum personis inferioris nota ob priuatum earum bonum quod indirecte ad bonum commune attinet, dispensare in dicto gradu. Cuicunque prima causa esse solet, quod inter eos consanguineos sit matrimonium inutile, cum ignorantia rigoris prohibitionis Tridentini. Secunda, quod proles sit suscepta; tercia, diuinitas matrimonij iam diu contracta; quarta scandalum ex separatione oriturum; quina quod puerus sit, & patruus velit eamducere, ac honeste dotare. Ita docent Henriquez lib. 12. de Matrimon. cap. 3. num. 9. Vega in tom. summe, cap. 34. casu 167. imo facilius cum diuitibus, & potestib[us] sine acceptione per sonarum dispensatur, quia, ut bene docet D. Thom. 2. 2 quest. 63. artic. 2. maxime bono communis interest pax inter eos, & concordia; & maiorem causam requirit dispensatio in cognitione spirituali, quam carnali, quia orientur a posteriori principio.

6. Layman in Theol. Moral. lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 6. num. 6. His ita explicatis colligitur, quod Summus Pontifex in omnibus gradibus consanguinitatis linea transuersa, exceptio primo gradu, dispensare possit ac profunde etiam soleat. Quamus Tridentin. Concil. *sest. 24. cap. 5. de reformato matrimonio.* velit, ut in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Vbi nomine magnorum Principium ait Sanchez lib. 8. disp. 19. num. 3. intelligi magnates, seu nobiles, qui sunt in aliquo potentatu, seu Baronia. Verum hoc non obstante, Summus Pontifex, ex benignitate sua, ob causam urgentem, etiam priuatum, dispensare interdum solet cum personis inferioris conditionis.

7. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 19. num. 4. At cum id Tridentini decretum Pontificem non constringat, & rigor vniuersi juris sit temperandus per alterius benignitatem, solet Pontifices ex benig-

nitate dispensare cum personis inferioris nota, licet non adit causa publicum bonum directe spectans, sed priuatum. Huiusmodi autem cause sunt: Prima, matrimonium esse inter hos iam initum ignorancia rigoris prohibitionis Tridentini. Secunda proles iam habita. Tertia diuinitas matrimonij male contracta. Quarta scandalum ex separatione ortum. Ultima, clemencia Pontificis, quod puerula pauper sit, velutque patruelis ipsa dicere, ac honeste dotare.

8. Vide etiam Averlam de sacram. Matrim. quest. 19. sest. 4. Et haec observare volui, contra aliquos, qui nimis rigidi, consulum semper respondunt eis, Nihil, Nihil, cum ex supradictis apparere, solere Pontificem aliquando aperire Theatrorum beneficentia sua. Scio equidem dispensationes esse vulnerationes iuris; sed scio etiam, quod rigor iuris aliquando molliendus est. Neque semper accum tensit Apollo.

RESOL. CXXIV.

An sit annuendum quibusdam Oratoribus petentibus secum a Summo Pontifice dispensari in secundo gradu consanguinitatis? Ex part. 8. tr. 7. & Milc. 2. Ref. 8.

§. 1. R Igo Sacratum Canonum clamat aduersus petitionem Oratorum; sed quia aliquid molliendus videat, id est, quod licet in Tridentino *sest. 24. cap. 5. de reformato matrimonio.* deveniat, ut in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam; ubi nomine magnorum Principium, aut nonnulli, intelligi Magnates, seu magnos Nobiles, qui sunt in aliquo Potentatu, seu Baronia. Verum, hoc non obstante, Summus Pontifex ex benignitate sua ob causam urgentem etiam priuatum interdum solet cum personis inferioris conditionis, ut recte obseruat Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 14. diff. 26. n. 5.* Sanchez de Matrim. tom. 3. lib. 8. disput. 19. n. 4. Ochagavia de Sacram. tract. 4. de matrimonio, quest. 6. n. 6. Payman in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 6. n. 8.* & alijs. Ergo dicendum videtur, quod ex benignitate sua Sæcillimus Dominus Notus possit petitioni Oratorum annuere, maxime stantibus iustis & virginissimis causis adductis, quæ pietate Sæcillimis excitate possunt, videlicet diuinitas matrimonij male contracta, ex cap. de gradibus, 35. quest. 8. & ex lege, quod in pronicia, ff de riu mappiarum. Deinde proles iam habita, ex cap. finali; 5. 9. & ex dicit. leg. 5. dñus. Et tandem scđalum inde oriundum & priuilegium mortis, ex cap. quia circa de confus. & affin. Quas Quidem causas optimè approbat Honorius, in *compendi. iur. Canon. lib. 4. tit. 14. n. 18.* Ochagavia, Sanchez, & Villalobos ubi supra. 2. Igitur stantibus supradictis, respondeo ad causam mihi propositum, eo pacto quo respedit Narratus individualiter lib. 4. conf. 13. de confus. quod fecit misericordia Domini non est numerus, ita misericordia Sæcillimi Domini Nostrj nemo aliis ab ipsomet modum necessarium imponere potest.

RESOL. CXXVIII.

An Summus Pontifex possit licet acquiscere petitioni cuiusdam Oratoris solentis contrahere cum muliere lib. coniuncta in secundo gradu affinitatis? Ex p. 7. 15. 12. & Milc. 3. Ref. 36. alias 34.

§. 1. Possit.